Cuilibet. n. conventionib. sponte consentientib. unctur stare,[a] juxta illud, Pacta conventa rata sunto, ut docet Jus Prag. sub lit. A. 41 dist. 4.

a. Nihil tam congruum est bona fidei, quam ea, q inter nos placuerunt, servare. l. 1. ff. de Pact.

Causa efficiens actionem est, obligatio & mora rei in satisfaciendo facta.

Subjectum est consilium & deliberatio adeundi.

Objectum est persona judicis.

Forma est ut judex rodte & pramedidate adeatur.

Finis est ut mandato judicis reus in judicium vocetur.

DE CITATIONE.

Titulus III.

Citatio quae est quoddam substantiale[b] et praeparatorium judicij, nihil aliud est, quam rei ad judicium vocatio. Et sine hac processus judicij ipso jure est nullus.[c] vide Jus Prag. A. 45.

b. Citatio est Juris nalis & fundamentum judicij quinens defensionem. Bl. in l. cum fratrem. C. de his qb. ut indignis. Et citatio injusta citatum non ardeat. l. 2. ff. ne quis eum. l. si quis ex alien. ca. ff. de judic.

c. Abb. in c. 1. col. 2. de ca possess.

Modus a. citandi in foro Pragensi consuetudine introductus talis est. Ipsa citatio apud Consulem ad postulationem citantis in librum publicum quem nos manuale appellamus inscribitur:[d] ex quo postea fit transsumptum cum omn. circumstantijs, & datur ministro publico,

d. Hoc fit ideo, ut executio citaois probari possit. Ea. n. non psumitur, sed probetur necesse est. Et huic citatio de Jure cois semper penes acta notatur, c. quiam contra. de probat. & ibi Dd. coiter.